Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 8. De obligationibus Matrimonium concomitantibus

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

Visual Library

eas omnino retineri S. Synodus vehementer optat.

Articulus Octavus.

De obligationibus Matrimonium concomitantibus.

1. OBligatio eſt: ut ſint liberi ab omni impedimento, tam dirimente quam impediente. 2. Obligatio eſt: ut in copulatione adſit Parochus & ad minus duo teſtes. 3. Denique obligatio eſt: ut adſit verus mutuus conſenſus, ſignis externis legitime utrimque datus.

Articulus Nonus.

De obligationibus Matrimonium conſequentibus.

1. OBligatio eſt: debiti Conjugalis redditio: cujus obligatio tanta eſt, ut abſque mortali peccato non poſſit alter alteri negare, niſi juſta cauſa excuſet. Fundatur vero in contractu Juſtitiæ, quia ut ait Apoſtol: ad *Corinth. 7. Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet,*